¶ Hoc eſt decimum electuarium hic deſcriptum. licet ſit quartum electuarium de his que habentur in vſu. ⁊ vbiq; preparatum reperitur. vocatur autem diagalanga ab ipā radice galāge que compoſitionem ipſius ingreditur: ⁊ in forma electuarij fit. ideo exponitur. confectio idēſt compoſitio magne efficacie ꝯtra materias flegmaticas in ſtomaco contentas. ⁊ in alijs membris nutritiuis ventoſitates groſſas reſoluit. digeſtionem confortat calidum naturale viuificando: ⁊ eructuationes acetoſas conſumit: ⁊ oris odorem bonum efficit: ⁊ doſis eius eſt de mane ieiuno ſtomacho vſque ad. ℨ. iii. cum modico vino odorifero ac etiam ſine ipſo. debet aſſumi per duas horas ad minus ante cibum. ¶ Et hic notandum ꝙ ſolum radix galange de mane maſticata: ⁊ in ore retenta humiditatem ſalinalem ⁊ catar-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0093-9

rales ſumme deſiccat. cerebrū ꝯfortat. calidū naturale viuificat: ⁊ omnem fetorem oris ꝓhibet ⁊ obtundit. iō vſus eius ſolius multum cōfert in regionibꝰ frigidis tēpore hiemis. iuuat etiam ad diminutam digeſtionem in epate. Recipe galange radix eſt herbe que portaꝫ de partibus Indie aromatica ⁊ odorifera ⁊ ē calide cōplexionis ⁊ ſicce in tertio gradu. Ligni aloes dictuȝ eſt de eo in diamuſco. Macis dictū eſt. Keyſim .i. leuiſtici iam dictum eſt in diamuſco. Zinziber. dictū eſt. Macropipis .i. lōgi piperis dictū eſt. Calamēti ſicci. q2 ſiccū eſt ſiccioris cōplexionis ꝗ̄ recens. Recipiꝫ aūt calamētū montanū ⁊ calamentū fluuiale ⁊ vtrunqȝ eſt calide ꝯplexionis in tertio gradu: ſicce verſus ſcōȝ. ſed montanū eſt calidius ⁊ ſicciꝰ fluuiali. Eſt aūt alia ſpēs calamenti ꝗ̄ nepitella vocaꝫ habēs folia minora ꝗ̄ calamentuȝ: ⁊ eſt eiuſdem cōplexionis cū calamento p̄dicto ⁊ maxiē cū montano. Mirabilem hȝ operationē calamētū cōtuſum ⁊ emplaſtratum ad ſedandū dolorem ſciaticū p̄miſſis euacuatiōibꝰ neceſſarijs. ⁊ verſus declinationē ipſius ſuccus eiꝰ īterficit lūbricos ⁊ vermes qualitercūqȝ adminiſtretur. Mente ſicce ītelligit de mēta domeſtica que comediꝫ que nō tranſit ſꝫ gradū caliditatis ⁊ eſt ſicce cōplexionis in p̄mo qū nō eſt recens. Iō dixit ſicce: q2 recēs in humiditate ſuperfluit. Heyl .i. cardamomū vel ſpēs eiꝰ. ⁊ ſic re nera eſt. Alij dicunt ꝙ eſt qōdā aliud granum qō eſt ſimile melegbete aromaticū eſt calide ꝯplexionis in ſcōo gradu. ⁊ ſicce verſus p̄dictū gradū. portaꝫ ēt de ptibus Indie. Spice dictū eſt ī diamuſco. Seminis apij herba eſt nota in ptibꝰ noſtris. ⁊ ē domeſticū ⁊ ſiluestre. domeſticuȝ aūt eſt magis in vſu lȝ ſilueſtre ſit potētius hñs in ſe plures ſpēs: vt ponit ſerapio in ſuis de ſimplicibus. maior eſt v̄tus in ſemīe ꝗ̄ ī folijs ſtipite vel radice. ⁊ ſic vt plurimū ⁊ gñaliꝫ in ſemīe cuiuſlȝ herbe maior eſt v̄tus ⁊ eſt calide ꝯplexionis ⁊ ſicce in tertio gradu. Feniculi .ſ. ſemīs. ⁊ eſt domeſticū ⁊ ſilueſtre qō eſt magis acutū. Et eſt illud qō poniꝫ ī medicinis calide ꝯplexionis in tertio ſicce in p̄mo. Feniculus āt domeſticus ꝗ̄ cōiter cōmediꝫ recens ⁊ ſiccus eſt minoris caliditatis ⁊ ſiccitatis. imo eſt cum dulcedine quadā. ſilueſtris aūt cū acuitate ⁊ mordicatiōe. Aniſi .ſ. ſemīs qō eſt notū ⁊ eſt calide ꝯplexionis. ⁊ ſicce ī tertio gradu. Calami aromatici naſciꝫ in india et eſt calide cōplexionis in p̄ncipio ſcōi gradus. ſicce in fine ſcōi. zuccari tabarzet .i. albi ſm̄ ꝙ in cānis naſciꝫ in quadā ꝯtracta in ptibus damaſci babilonie ⁊ Indie. ⁊ iō qō hic in partibꝰ noſtris de nouo conficitur lȝ ſit albiſſimū: tñ nō eſt bonū neqȝ conueniēs: et de cōpoſitione eius dictū eſt ſuperiꝰ. ⁊ eſt calide ꝯplexiōis ad p̄mum gradū attingēs humide verſus p̄mum dū eſt recens: ſꝫ dū antiquaꝫ ita ꝙ tranſeat ānū gradū ſiccitatis acqrit reſoluta hūiditate ipſius: nomīant ēt ipm̄ quidā mel cāne: q2 in cānulis naſcitur ꝗ̄ ſimilitudinē hñt cū cānulis ꝗ̄ ſerginam ꝓducunt. ⁊ naſciꝫ ēt zuccarum in ptibus Apulie: ſed in bonitate alijs nō adheret. Damaſchinum aūt eſt lōge melius alijs. ¶ Et notandū ꝙ zuccaruȝ eſt prohibendū febrientibꝰ ⁊ in corporibus multū calidis. q2 de facili inflāmat. Mellis deſpumati quantum ſufficit ⁊ de ipſo dictum eſt in diamuſco.

d

Iarodon: deſcriptiōe cōmuni: conferens ad dolorem ſtomaci: ⁊ epatis: ⁊ puncturam in eis a caliditate: ⁊ acuitate colere citrine: faciens digerere cibum: ⁊ eſt ex conferentibus ſtōaco: ⁊ epati debilibus. Cuius hec eſt permixtio. Accipe foliorum roſarum rubearum. ȝ. xxx. trociſcorum diarodon: trociſcorum de ſpodio. ligritie añ. ȝ. iiij. gariofiloruȝ: gallie: muſcate: añ. ȝ. iij. ſpodij: croci maſticis: berberis: dragaganti: gūmi arabici: ligni aloes: añ. ȝ. ij. triū ſādalorū: añ. ȝ. iij. aſſari: ſpice ide: macis: cādomōi: pōtulace: lactuce: ſcariole: ſēis citrulli: melōis: cucūeris: cucurbite: albarum margaritarum: alfelemgemiſe: raſure eboris: dragaganti: gummi arabici. ana. ȝ. i. camphore. ȝ. i. et .ſ. muſci. ȝ. vnius ſextā. confice cum ſirupo de roſis: ⁊ aqua roſata. Doſis eius eſt. ℥. ſ.

¶ De illo enī ponunꝫ due deſcriptiōes. vna poniꝫ a nicolao in ſuo antidotario: quā vocat diarodon abbatis. dicitur auteȝ diarodon a roſis que īgrediunꝫ ꝯpoſitionē ipſius. abbatis denolaꝫ ā quodā abbate in romana curia qui fuit ipſius īuentor: vel q2 ad eius petitionē talis deſcriptio facta fuit: ⁊ ſm̄ illaȝ deſcriptionem Nicolai illud electuariuȝ gñaliter p̄paraꝫ ⁊ ſic cōiter habetur in vſu. ¶ Sed ſm̄ preſentem deſcriptiōeȝ Meſue: magiſter Thomas de Garbo ſuauis practice declarator hoc electuario vtebaꝫ: ipmqȝ p̄parari faciebat: aſſerēs ꝙ idē faciebat gētilis de Fulgineo magiſter ſuus. ⁊ he due deſcriptiones virtualiter in operationibus ſuis ꝗ̄ſi in idem redeunt. q2 in cōponentibꝰ modicuȝ variantꝫ. Et mihi ēt hec deſcriptio Meſue plus placet: vt eius quaſi ſecutor ad verificationē ipſius. Et lȝ ad formā ſolide confectionis poſſit reduci: q2 cū zuccaro p̄paraꝫ: tamen ī forma electuarij generaliter ab omnibus conficitur: ⁊ ſic in vſu habeꝫ. ¶ In hoc tamen conſideretur diſplicentia multa: vel complacētia aſſumentis in forma plus confectionis: ꝗ̄ electuarij: licet maior operatio vel efficacior vtplurimum fit ab electuario ꝗ̄ confectione preparata. Primo propter meliorem fermentationem aromatum que fit in electuarijs: que fieri non poteſt in confectione. Secundo quia de aromatibus plus poni debet in electuario conſtruendo ꝗ̄ in confectione que de nouo conficitur ⁊ ſic communiter fit. Tertio quia melius ⁊ facilius operaꝫ vel euaporat: ⁊ tranſit virtus electuarij ad membra remota ꝗ̄ virtus confectionis aſſumpte vt in paſſionibus pectoris ⁊ cerebri ſatis eſt clarum. Et hoc verificari poteſt in omnibus confectionibus ⁊ electuarijs. Iſtud electuarium eſt multum efficax ad cōfortandum membra debilia relaxata ac debilia ex egritudine calida ⁊ colerica que preceſſit ⁊ maxime nutritiua: vt epar ⁊ ſtomacum cum in ipſo remanent punctiones a colera mordicanti. Eſt inſuper oppilationum aperitiuum: male complexionis calide remotiuuȝ: ſitis extinctiuum: ad digeſtionem iuuatiuuȝ: ⁊ appetitus īcitatiuū. Et ſic ēt ꝯfert d̄bilitati renū. ⁊ ipſorum doloribꝰ pōgitiuis. Et doſis ipiꝰ eſt: vſqȝ ad. ȝ. 4. cū diuerſis aquis diſtillatis. ⁊ ſꝫ exigētiā diſpōnis: pro qua exhibeꝫ obſeruata regula d̄ mō tp̄e ⁊ hora aſſumptōis dicta ſuperiꝰ in vno notabili caplo d̄ electuario d̄ aromatibꝰ. qō ſcripſit gallenꝰ: qō fuit p̄mū poſituȝ in pñti antidotario: qō nō ſolū ī hoc: ſꝫ in omni electuario nō ſolutiuo qō aſſumiꝫ eſt obſeruādū. ⁊ iō pre oībꝰ memorie cōmendādū. huiꝰ āt d̄ſcriptio eſt. Recipe foliorum roſarū rubearum. ȝ. 30. dictū eſt in d̄claratione diamuſci. Trociſcorum diarodon. ȝ. 4. trociſcorum d̄ ſpodio. ȝ. 4. ponūtur īferius octaua diſtictione de trociſcis. ⁊ ſi: ibi d̄clarabiꝫ ligritie. ȝ. 4. radix eſt herbe ſatis note cuȝ dulcedine multa. colligiꝫ. ⁊ ꝯſeruaꝫ. ⁊ ſatis in ꝯplexione ad equalitatē tēdit: lȝ ſit aliq̄lis caliditatis ꝓpter eiꝰ dulcedinē: que ī ipa dominaꝫ cū leui hūiditate. Gariofilorum. ȝ. iij. dictū eſt in diamuſco. Galie muſcate. ȝ. iij. dictū eſt in diamuſco. Spodij. ȝ. ii. eſt ſpica ſeu radix cuiuſdā plāte hñs ſilitudinē cū radicibꝰ puis cāne. ē frigide ⁊ ſicce ꝯplōnis ī ſcōo gradu. lȝ frigiditas ſupet ſiccitatē. Croci. ȝ. z. dictū eſt in diamuſco. Maſticis. ȝ. z. gūmi ē cuiuſdā arboris calide ꝯplōnis ⁊ ſicce in ſcōo gradu. ſiccitas tñ ſuperat eiꝰ caliditatē. Ligni aloes. ȝ. z. dictū eſt in diamuſco. triū ſandalorum .ſ. alborum rubeorum ⁊ citrinoruȝ. añ. ȝ. iii. dictū eſt de eis in diaſatirion. Aſari baccara. ȝ. i. herba ē nota ſub dicto nōie baccara ī partibꝰ noſtris: ⁊ ē calide ꝯplōnis ⁊ ſicce ī ſcōo gradu. lȝ ſiccitas ſuperet eiꝰ caliditatē. Spice Inde .i. nardi. ȝ. i. dictū eſt ī diamuſco. Macis. ȝ. i. dictū eſt ī diamuſco. Cardamomi. ȝ. i. due ſunt eiꝰ ſpēs maiꝰ ⁊ minꝰ qō vocaꝫ heyl: ⁊ ſunt ſemina diuerſarum plantarum. ⁊ vtrūqȝ eſt calide ⁊ ſicce ꝯplexionis: verſus tertiū graduȝ. Eſt tamen maius cardamomuȝ delectabilius ⁊ vtilius in vſu ꝗ̄ cardamomum minus. Portulace ſupple ſeminis. ȝ. i. Lactuce ſunt due ſpecies .ſ. domeſtica ⁊ ſilueſtris. Et hic intendiꝫ d̄ ſemine domeſtice: qō eſt frigide ꝯplexionis ⁊ humide in p̄mo gradu. Scariole ſupple ſeminis. ȝ. i. ⁊ eſt lactuca ſilueſtris: ⁊ lȝ eius ſemen ſit frigidū p̄mū gradū: tñ ī ſe hȝ aliq̄ȝ ſiccitatē. Seminis citrulli. ȝ. i. Iſtud ſemen eſt frigidū ⁊ humidū in p̄mo gradu, hñs in ſe in ſupficie ſui aliquas leues partes nitroſas: ⁊ iō nō abſoluiꝫ a virtute ſolutiua ⁊ vrine ꝓuocatiua. Melonū .ſ. ſeminis. ȝ. i. Iſtud ſemen eſt ꝯſimile in virtute ⁊ operatiōe cū ſemine citrulli: ſꝫ eſt ſemen minus frigidū ⁊ humidū ꝗ̄ illō. Cucumeris. ȝ. i. In oībus eſt cōforme: ⁊ ī complexione cū ſemine citrulli: licet aliquātulum ſit frigidius ⁊ humidius illo. Albarum margaritarum dictū eſt in diamuſco: q2 ſunt meliores citrinis alfelengemiſce id eſt ozimi. id eſt baſiliconis gariofilati. ȝ. i. habentis flores nigros. licet alij aliter exponant qō eſt ſpecies cinamomi vel grana citri: ſed non eſt ita. de ipō dictum eſt in diamuſco. Raſure eboris. ȝ. i. ⁊ eſt frigide complexionis verſus primum gradum. ſicce pluſquam in primo. habet autem a proprietate mulctor confortare. ⁊ iuuat ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius mulieribus que cum difficultate impregnanꝫ. Dragaganti liquor eſt qui emanat a radice cuiuſdā arboris: quando ſcindiꝫ in tp̄e calido in vltramaris partibꝰ naſcēs: ꝯdenſaꝫ āt caliditate aeris ⁊ ſolis. ⁊ iō ſimilitudinē hȝ cū gūmis alijs ⁊ eſt frigi

de complexionis vltra primum gradū humide vltra primum. ¶ Gummi arabici.ʒ.i.qđ nos vulgariter clamam⁹ lonichicho: magna q̄titas eius reperit̄ in ptibus arabie.iđ đr gūmi arabicū ⁊ eſt remiſſe frigiditatis tendens ad pmū gradū ſiccitatis. ¶ Cā phore.dragmas.v.gummi eſt arboris:qđ colligit̄ in extremis Indie.ſublimat̄ tñ ⁊ dealbat̄:⁊ eſt frigide ꝯplexionis.⁊ ſicce in t̄tio gradu:licet frigiditas eius ſuperet ſiccitatem eius. ¶ Muſci.ʒ. vnius ſextā partē dictū eſt in Diamuſco. Confice cum ſirupo id eſt Julep roſato ⁊ aqua roſata:⁊ de roſis iam dictū eſt in diamuſco:ac ēt de zuccaro: ex qbus Julep roſatū cōficit̄. ¶ Vltimo vlterius aduertendū ꝙ iſto electuario multū vtebat̄ Thomas de garbo in corporib⁹ cōualeſcentiū ab egritudib⁹ calidis ⁊ maxime a tertianis notis:in qb⁹ remāſerat aliqua ꝯplexio mala calida in nutritiuis mēbris cū ipſoꝝ debilitate ⁊ oppilatōe maxime in epate ⁊ renib⁹ ⁊ cū querebat alteratione maiorē ad frigidum ipm de nouo cōſtrui faciebat minuendo de aromatib⁹ calidis q̄ igrediunt̄ cōpoſitionē ipſi⁹:⁊ tūc ipm vocabat diarodon ſine aromatibus.Tenebat enī aromatari⁹ ſuus aromata cuiuſlibet electuarij qđ penes eū erat in vſu.vnde oī hora poterat. ⁊ ſubito oē electuariū cōficere.Quādo āt ⁊ ſine aromatib⁹ illo mō cōficitur tunc ſimilitudinē hꝫ cū electuario de triaſandalis ⁊ ſatis conuenit cum operationibus illius.

a Romaticū roſatū ſtōacū ⁊ cor ꝯfortat: Humiditatē viſceꝝ exiccat.Appetitū excitat:⁊ digeſtionē ꝯfortat. Vomitū ⁊ nauſeā ſedat.Cuius ꝑmixtio h̄ ē.Recipe folioꝝ roſaꝝ rubeaꝝ.ʒ.i.⁊.ſ. ligni aloes:macis: gariofiloꝝ:trociſcoꝝ diarodō:gallie muſcate:añ.ʒ.ii.⁊.ſ.ligritie mūdate.ʒ.viii.cinamōi ſubtilis ⁊ electi.ʒ.iii.galāge:ziziberis:nucis muſcate: añ.ʒ.ii.⁊.ſ.heyl:ſpice:añ.ʒ.i.Sirupi roſati:ſirupi corticū citri:q̄ſtū ſufficit. Doſis ei⁹ eſt a.ʒ.iii. vſq; ad.v. Et ſūt q aromatizāt illud cū.ʒ.vni⁹ ſexta muſci.

¶ Jſtud eſt duodecimū cōditū qđ ponitur in p̄ſti antidotario cui⁹ deſcriptio nō eſt in vſu nec ipm p̄paratū repitur.iđ non alit̄ vado ad declarationē illius.ſed tranſeo ad illud qđ generalit̄ eſt in vſu.poſſet tñ ſiquis vellet ipſo magiſtralit̄ vti.⁊ ei⁹ v̄t⁹ ⁊ operatio eſt q̄ſi ſimilis cū illo qđ imediate ſequitur.

a Romaticū roſatū deſcriptōe Gabrielis. Valet ꝯ ſtōaci defectionē:⁊ oīa nutricatōis mēbra ꝯfortat: ⁊ eſt ꝯ ſtōaci hūiditatē: ⁊ mollificationē medicamē exptū ⁊ oēm putrefactionem i eo corrigit.Cerebꝝ ⁊ cor ꝯfortat:appetitū excitat: digōnē ꝓcurat:ꝯualeſcentib⁹ ⁊ dbilib⁹ mire ſubuenit. Cuius ꝑmixtio h̄ ē.Recipe folioꝝ roſaꝝ.ʒ.xv.ligritie raſe mūdate.ʒ.vii.ligni aloes boni:ſandaloꝝ:macoziri: añ.ʒ.iii.cinamōi boni ⁊ electi.ʒ.v.macis : gariofiloꝝ: añ.ʒ.ii.⁊.ſ.gūmi arabici:dragagāti: añ.ʒ.ii. ⁊ ptes.ii. alterius.ʒ.vnius:nucis muſcate:cardamōi:galange: añ.ʒ.i.ſpice.ʒ.ii.muſci. ℈.i.ambre.℈.ii. ſirupi roſati: ⁊ ſirupi corticū citri quantū ſufficit.

¶ Jſtud eſt famoſuꝫ ⁊ efficax:⁊ p̄cioſum electuariū qđ generaliter eſt in vſu ⁊ vbiq; p̄paratū reperit̄ ſm iſtā dſcriptionē: ⁊ eſt tertiū decimū hic dſcriptū:lꝫ ſit qntū ſcđm cōmunē vſum.poſſet ēt ad formā ꝯfectionis reduci ipꝫ cū zucaro ꝯſtruēdo:⁊ aqua roſata ſicut in forma electuarij hic dſcribit̄ ꝙ ꝯſtruatur cū Juleb roſato.⁊ vtroq; mō hac dſcriptiōe vtimur: lꝫ in forma electuarij forti⁹ operet̄ ꝓpter cauſas ſuperius aſſignatas in diarodon p̄dicto:valet p̄ncipalr̄ iſtud electuariū ꝯtra dbilitatē virtutis digeſtiue ſtomaci:⁊ ei⁹ ꝯfectionē oīa mēbra nutritiua cōfortat illa vigorādo ⁊ ꝯfortādo in operatōib⁹ ſuis. Eſt inſup optimum medicamē ⁊ expertū cōtra ſuperfluā mollificatōeꝫ ſtomaci exiccādo humiditates corruptas ⁊ putridas ꝯtentas in eo. ⁊ eſt cōfortatiuū virtutū cordis ⁊ cerebri excitat appetitū ſopitū:⁊ maxime in cōualeſcētib⁹ ⁊ alia corpora ſubleuādo:⁊ ad verā ſanitatē reducēdo: ⁊ eſt ſatis tēperate cōplexionis: lꝫ caliditas ⁊ ſiccitas p̄domināt̄ur in eo:⁊ doſis ipſius eſt a.ʒ.ii.vſq; ad tres obſeruato ſemp canonē.⁊ notabili ſuperi⁹ poſito in primo electuario de aromatib⁹ de tēpore ⁊ hora aſſumptiōis cuiuſlibꝫ electuarij nō ſolutiui.⁊ iđ ibi eſt recurrēdū. ¶ Si qs aūt vellet iſtud electuariū cū melle ꝯponere ⁊ nō cū zucaro poſſet. ⁊ tūc eēt maioris calefactiōis ⁊ abſterſionis:ſed;cuꝫ ipo nō ponit̄ nec habet̄ in vſu. ¶ Nūc trāſeo ad ei⁹ dſcriptionē: vt lr̄a iacet. Cuius ꝑmixtio.i.ꝯpoſitio. ¶ Recipe folioꝝ roſaꝝ.ſupple rubeaꝝ.q2 ſunt magis aromatice q̄ albe.⁊ d̄ eis dictū eſt in diamuſco. Liquiritie dictū eſt in diarodon.Lignū aloes dictū eſt in diamuſco. Sādali macoziri.i. ſandali citrini. q2 ſunt magis aromatici: ⁊ d̄ his dcm̄ ē i diamuſco.Cinamōi bōi ⁊ electi dcm̄ ē i diamuſco.Macis dcm̄ ē i diamuſco.Gariofiloꝝ dcm̄ ē i diamuſco.Gūmi arabaci dcm̄ eſt i diarodō.Dragagāti dcm̄ ē i diarodō.Nucis muſcate fruct⁹ eſt cuiuſdā arboris naſcētis in Jndia. ⁊ eſt calide cōplexionis ⁊ ſicce in ſcđo gradu. Cardamomi. ⁊ itelligit̄ d̄ maiori:⁊ d̄ ipo dictuꝫ eſt in diarodon.Galāge dictū eſt in diarodon. Spice.ſ.nardi. q2 magis aromatica dictū eſt in diarodon. Ambre cōmuniter tenet̄ ꝙ ſit ſemen.vꝫ. ſpma cethe.i.balene qđ reperitur in mari maiori iuxta littora ei⁹. Serapio tñ videt̄ velle ꝙ naſcit̄ in fundo maris:vt fungus in terra ⁊ cū mare eſt i magna fortuna.aſcēdit ⁊ trāſmittit̄ adherēs lapidib⁹ ad p̄dicta littora maris.⁊ ibi colligit̄ in partib⁹ Jndie. ⁊ vtrunq; dictuꝫ pōt bene ſatis ſaluari.⁊ ei⁹ cōplexio eſt calida in ſcđo gradu ⁊ ſicca. tñ modicū īfra ipm.Muſci dictū eſt in diamuſco.Sirupi roſati .i.iulep roſati ⁊ aqua roſata loco p̄dicti Julep.

a Romaticū roſatū minus ſtōacū ⁊ cor confortans:⁊ coꝝ inflatiōes ſedans.Et ei⁹ ꝑmixtio ē h̄.Recipe roſaꝝ rubeaꝝ.ʒ.x. ligni aloes:ſādaloꝝ macoziri.añ.ʒ.ii.ciamōi electi.ʒ.iiii.maſticis.ʒ. i.⁊.℈.i.ābre.℈.ii.muſci.℈.i. ſirupi roſati q̄ſtū ſuffic̄.

¶ Dicit̄ minus reſpectu p̄cedētis.q2 pauciora igediūtur ꝯpōnē ipi⁹.⁊ eſt q̄rtū decimū electuariū:qđ nō eſt in vſu:nec p̄paratū reperit̄.Jngrediunt̄ tñ in eius deſcriptiōe ſandali macoziri id ē ſandali citrini.⁊ alia nota ſunt.

a Romaticū muſcatū cōfert ſincopi: ⁊ tremori cordis:⁊ ꝯfortat cerebꝝ ⁊ cor: ⁊ ꝯfert epilepſie:⁊ p̄focatiōi matricis:et facit oris odorem bonum. recipe ligni aloes.ʒ.vii.darſeni electi.ʒ.x.embre crude.ʒ.iii.muſci boni et electi.℈.ii. ſirupi roſati quantum ſufficit.

¶ Hoc eſt q̄ntūdecimū qđ ēt non eſt in vſu nec p̄paratū reperitur.⁊ q2 eius ꝯpoſitionē nō ingrediunt̄ roſe.ſed alia aromata.iđ vocat̄ aromaticū ⁊ nō đr roſatū ſicut de alijs ſuperioribus dcm̄ eſt.ingredit̄ ipſius cōpoſitionē.Darſeni.i.cinamomū groſſū electum:alia ſunt nota.

a Romaticū gariofilatū ſtōacū et cor ꝯfortat. Nauſeā et vomitū ſedat: et valet ꝯ putrefactionē in ptib⁹ ſtōaci.Membra v̄o nutritōis calefacit:et ventoſitates diſſoluit et carminat.Cui⁹ h̄ eſt ꝑmixtio.recipe gariofiloꝝ.ʒ.vii. macis: zedoarie: galāge:ſandali:macoziri:trociſcoꝝ diarodon: ciamomi:ligni aloes:ſpice ide:piperis lōgi:heyl:añ.ʒ.i.roſarum.ʒ.iiii.ligritie:gallie muſcate añ.ʒ.ii.folii cubebe: añ partes.iii.ʒ.vni⁹ ſirupi citrini:quātū ſufficit:ābre. .ʒ.i.muſci.℈.ſ.Doſis eſt a.ʒ.iii.vſq; ad.v.

¶ Hoc electuariū qđ eſt ſextumdecimū deſcriptū in p̄ſenti antidotario gñalit̄ eſt in vſu ⁊ p̄paratū reperit̄ ſatis cōformatū reperitur in operationib⁹ ⁊ virtute cū aromatico roſato deſcriptiōe gabrielis superi⁹ poſito:ſed eſt calidius illo ꝓpter gariofilos mītos q igrediunt̄ cōpoſitionē ipſius a quo ſic denominat̄.⁊ etiam ꝓpter plura alia calida:que ponuntur in ipſo.ideo plus:confert frigidis paſſionibus ſtomaci cordis ⁊ cerebri deſiccando materias putridas ⁊ etiam cathar̄ales malam complexionem frigidā remouendo a membris predictis.⁊ alia plura iuuamenta habet que ponunt̄ in littera. Vſus tamen ipſi⁹ eſt magis poſt digeſtionem humorum conueniens ⁊ precipue frigidorū:⁊ ipſoruꝫ euacuationem a dictis membris quanto plus eſt poſſibile. Et doſis ipſius eſt a.ij.ʒ.vſq; ad quatuor:obſeruata tamē regula de tēpore ⁊ modo aſſumptionis cuiuſlibet electuarij non ſolutiui ſuperius poſita in vno notabili de electuario de aromatibus quod ſcripſit galienus.hui⁹ electuarij deſcriptio talis eſt.Recipe Gariofilorum dictū eſt in diamuſco,zedoarie dictū eſt in diamuſco.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0095-1
DFG

¶ Galange dictum eſt ī diagalāga ſandalis. miſcozili.i.citrini. dictū eſt de ſandalis in pͥma deſcriptione ꝺ diaſatirion. ¶ Trociſcoꝝ diarodon. de eis dictū eſt: vel dicet̃ īferius in octaua dſcriptione diſtinctione de trociſcis qui noti ſunt: ⁊ multū habētur in vſu. ¶ Cinamomi dictū eſt in diamuſco. ¶ Cubebe ſemen eſt cuiuſdā plāte qđ portat̃ de partib⁹ vltramarinis habēſ ſimilitudinē cū pipe albo calide ꝯplonis ⁊ ſicce ī ore retētū ſyrupi citrini quātū ſufficit ad ꝯpoſitionē ipſi⁹ electuarij id eſt Julep roſati qđ ſolū ꝯficitur ex zucaro ⁊ aqua roſata. ⁊ de roſis dictū eſt in diarodon vel diamuſco. ¶ De zucaro aūt dictū eſt in pͥma dſcriptione ꝺ ſatirion: ſʒ loco pͥdicti Julep iſtud electuariū ꝯficitur cū zucaro ⁊ aq̄ roſata. dſcriptōe gabrielis. ¶ Muſci dcm̄ ē ī diamuſco.

Aromaticum nardinū ſtomacū: ⁊ epar: ⁊ viſcera cōfortat: ⁊ renes: ⁊ veſicā: ⁊ addit deſideriū coeūdi. Oris: ⁊ ſudoris odorem bonū facit: ⁊ ꝯfortat anhelitū: ⁊ facit digōnē cibi: ⁊ reſoluit vētoſitates. Cuius ꝑmixtio hec eſt. Accipe ſpice ide. ʒ.ij. roſaꝝ. ʒ.iiij. ligritie. ʒ.ij. ⁊.ß. gallie ſebellie: cubebe: ligni aloes: macis: gariofiloꝝ: cinamōi: folij idi: aniſi: corticū citri: trociſcorum diarodon: ana. ʒ.i. ⁊ tertiā alteri⁹: piceaꝝ purgatarum: amigdalaꝝ purgatarum a corticib⁹ ſuis aā. ʒ.ß. gūmi arabici: dragaganti: aā. ʒ.ij. muſci. ℈.ß. cōfice cuʒ ſirupo roſato: quātum ſufficit.

¶ Aromaticū nardinū.i. de ſpica nardi. ¶ Iſtud eſt electuariū decimū ſeptimū. nō eſt tamē in vſu. nec ꝑparatū reperit̃: idō nō alr ipm̄ declarabo gratia breuitatis.

Diaciminū bonū: valet ꝯ ſtōachi ⁊ viſcerū vētoſitatē: digōnē ꝓcurat: ſtōacū ⁊ viſcera calefacit. Recipe cimini pͥdie ī aceto īfuſi ⁊ exiccati. ʒ.x. ziziberis ciamōi aā. ʒ.iiij. gariofiloꝝ: ligni aloes: macis aā. ʒ.ij. ⁊.ß. galāge: piperis lōgi cardamomi: aā. ʒ.ij. muſci. ℈.ß. mellis diſpumati q̄ʒtum ſufficit.

¶ Iſtud electuariū ſm̄ illā deſcriptionē nō eſt in vſu. nec ꝑparatū reperit̃: ſed gn̄aliter ꝑparatur ⁊ fit ſm̄ deſcriptionē nicolai poſitā in ſuo antidotario quā ibi ad plenū declarabo. Cōmunis āt vſus diacimini eſt in forma ſolide ꝯfectionis ꝓpter minorē diſplicētiam: ⁊ tūc cū zucaro ꝑparatur: ſʒ nō eſt tante efficacie ⁊ virtutis quāte eſt: qn̄ cū melle ꝯficitur ſicut ponit̃ hic. ac ēt a Nicolao vt ibi patebit in eius deſcriptōe. ⁊ dicit̃ diaciminuʒ a cimino qđ īgreditur ꝯpoſitionē ipſius.

d Ianiſum valet groſſe vētoſitati ſtōaci: ⁊ frigiditati: ⁊ abūdātie flegmatis crudi ī ipſo: et tuſſi diuturne: Accipe aniſi. ʒ.xx. ligritie: maſticis: aā. ʒ.viij. carui: macis: galāge: ziziberis: feniculi: ciamomi. aā. ʒ.v. trium pipeꝝ: calamēti: piretri: caſſie: ana. ʒ.ij. heyl: gariofiloꝝ cubebe: croci ſpice. aā. ʒ.i.ß. zucari. ℥.ij. mellis diſpumati q̄ʒtū ſufficit.

¶ Hoc electuariū nō eſt in vſu. nec ꝑparatū reperit̃: hʒ tn̄ virtutem ꝯſimilem cū diacimino: ſʒ eſt calidius illo.

d Iambra eſt medicia ſublimis: cerebrū: ⁊ cor ꝯfortās: ⁊ ſtōacū: ⁊ oīa mēbra: digōnē procurat: ⁊ vtētes eo letificat: ⁊ mēbra nutritōis calefacit. Senib⁹ quoqʒ ꝯuenit: ⁊ frigidis nā ⁊ mulieribus: ⁊ egritudib⁹ matricū. Cui⁹ hec eſt ꝑmixtio. Recipe ciamōi: doronigi gariofiloꝝ: macis: nucis muſcate: folij: galāge. aā. ʒ.iij. ſpice cardamōi maioris ⁊ minoris. aā. ʒ.i. ziziberis. ʒ.i. ⁊.ß. ſandali citrini: ligni aloes: piperis lōgi. aā. ʒ.ij. ambre aur̃.i. muſci. ʒ.ß. cōfice cū ſirupo roſato: ⁊ aq̄ roſata. Doſis ei⁹ ē. ʒ.iij. vl̃. iiij.

¶ Iſtud eſt electuariū p̄cioſuʒ ⁊ ſublime qđ generalr̃ eſt in vſu ⁊ vbiqʒ ꝑparatū reperit̃. Et licʒ ꝯficiatur cū Juleb roſa. vel cuʒ zucaro. tn̄ ſemꝑ reducit̃ ad formā electuarij: ſʒ etiā ꝯfici poſſet in forma cōfectionis: ⁊ ipm̄ eſt ſūme ꝯfortās virtutes cordis ⁊ cerebri ⁊ ſtomaci ⁊ ſpiritus clarificādo: ⁊ illos multiplicādo: ⁊ malas ꝯplexiōes frigidas ab ipſis remouēdo. triſtes ⁊ mēte captos ſumme letificat. digeſtionē cōfortat. ⁊ ꝓcurat calidū naturale in ſenibus: viuificādo auget: ⁊ ꝯfert mulierib⁹ ſuperflue frigidis ⁊ humidis: iuuat ēt ad īpregnādum. Et eius doſis eſt a. ʒ.iii. ad. ʒ.iiii. de mane ieiuno ſtomaco ⁊ vacuo cū aliis ꝯditionibus obſeruādis dictis ſuperius in notabili de electuario de aromatib⁹ poſſet ēt aſſumi de ſero. tn̄ cōditionibus obſeruatis pͥdictis in notabili pͥdicto cuius eſt hec permixtio. ¶ Recipe cinamomi dictū eſt ī diamuſco. doronigi. dictū eſt in diamuſco. gariofiloꝝ dictū eſt in diamuſco. macis dictū eſt in diamuſco. galāge dictū eſt in diagalāga. Spice dcm̄ eſt ī diamuſco. cardamomi maioris ⁊ minoris: dictū eſt in diarodon. ziziber dictū eſt in diamuſco: Sandali citrini dictū eſt in diamuſco. Ligni aloes dictū eſt ī diamuſco. Piperis lōgi dictū eſt in diamuſco. ambre dictū eſt ī aromatico roſato. Muſci dictū eſt in diamuſco. Cōfice cū ſirupo roſato.i. iuleb roſato ⁊ aqua roſata. Componim⁹ tn̄ qn̄qʒ cū zuccaro ⁊ aqua roſata. ⁊ in idē redit ſi fiat cū zuccaro bono ⁊ electo: ⁊ de roſis dictum eſt in diamuſco. de zuccaro autem dictum eſt in prima deſcriptione diaſatirion.

Confectio de ciamomo q̄ eſt medicia ſana ⁊ expta ad hūoroſitatē ſtōaci ⁊ putrefactōnem ī eo: flegma digerit: ⁊ digeſtōeʒ attrahit. Cui⁹ ꝑmixtio h̄ eſt. Recipe ciamōi ſubtil ⁊ electi. ʒ.xv. darſeni: cimini: enule. aā. ʒ.iiij. galāge. ʒ.vij. gariofiloꝝ: piperis lōgi: cardamomi: ziziberis: heyl: macis: nucis muſcate: ligni aloes. aā. ʒ.iij. croci. ʒ.i. zuccari tabarzet. ℥.v. Cōfice cū melle diſpumato. Et qn̄qʒ ponit̃ ī eo duplū pōderis medicinaꝝ de zuccaro pulueriȥato ſine melle: ⁊ accipit̃ ſic̃ ſuffuſ. Et alij addūt ī eo muſci. ʒ.i. partes duas: ⁊ pulueriȥat̃ cū eo. Doſis ei⁹ eſt a. ʒ.i. vſqʒ ad duas.

¶ Licet iſtud electuariū nō ſit ī vſu nec ꝑparatū reperiat̃. tn̄ q: eius deſcriptio ē multū magiſtral̃. ⁊ gētilis ponit ei⁹ vtutes illam ſificādo: dr̃ ꝯfectio.i. ꝯpō de cinamomo pp cinamomū qđ pͥncipalr̃ ꝯpōnē ipſi⁹ īgredit̃ valet pͥncipalr̃. ac ēt ē medicia ſana ⁊ experta ad oēm debilitatē ſtōaci. ꝯſumit ⁊ remouet oēʒ limoſitatē ⁊ putrefactionē ꝯtentā in eo. flegma digerit. digeſtiuā ꝯfortat: et appetitū attrahit. Et doſis eius eſt vſqʒ ad. ʒ.ij. obſeruata tamē ſemꝑ regula de mō ⁊ tpe aſſumptōis ipſi⁹ poſita ⁊ dclarata ī electuario de aromatib⁹ ſm̄ deſcriptionē ipſi⁹ galieni. ⁊ pōt ꝯſtrui cū ſolo zuccaro. ⁊ ſic poſſet ad formā ſolide ꝯfectiōis reduci. ſed efficacius ⁊ meli⁹ opat̃ ſi ad formā electuarij reducat̃. q: ꝯpōnē ipſi⁹ īgredit̃ mel ⁊ plura aromata in pōdere poni pāt q̄ in confectiōe cōmode nō ponunt̃ c⁹ hec eſt ꝑmixtio vel ꝯpō. Recipe cinamomi ſubtilis ⁊ electi dictū eſt ī diamuſco. Darſeni dictū ē in diamuſco. Cimini eſt qđdā ſemē ſatis notū calide ⁊ ſicce cōplexionis in ſecūdo gradu. Enule vtimur ſolū radice ipſi⁹. eſt acuti ſaporis ⁊ eſt calide ꝯplexiōis ⁊ humide ī ſcđo gradu. ¶ Gariofiloꝝ dictū eſt in diamuſco. Piperis lōgi dictū eſt in diamuſco. Cardamomi dictū eſt in diamuſco. zinziberis dictū eſt ī diamuſco. ¶ Heyl cōiter exponit̃ qđ eſt ſpēs cardamomi: ⁊ dictum ē ī diamuſco. Sʒ hic exponit̃ pro qbuſdā granis q̄ vocāt̃ melligete. alias grana paradiſi q̄ ſunt calide ⁊ ſicce ꝯplexiōis. in tertio gradu portant̃ de ptib⁹ īdie ⁊ ſūt nota aromatarijs. Macis dcm̄ ē ī diamuſco. Nucis muſcate dcm̄ eſt in aromatico roſato. Ligni aloes ī diamuſco. zuccari taberzet.i. albi dcm̄ ē in pͥma dſcriptōe ſatirion. Cōfice cū melle diſpumato dcm̄ ē ī diamuſco: ⁊ qn̄ꝫ ponit̃ in eo duplū pōderis mediciaꝝ dictaꝝ ſupi⁹ de zuccaro pulueriȥato ſicut ſuffuſ.i. ſicut puluis ſubtiliſſim⁹: ⁊ qdam addunt in eo muſci. ⁊ de ipſo dictum eſt in diamuſco: ⁊ hoc faciunt ad cōfortationem cerebri ⁊ cordis.

Electuariū ꝺ granis myrti ꝯfortās ſtomacū: ⁊ epar: ⁊ cōferens ſolutiōi: ⁊ lubricitati viſceꝝ: ꝓpter malitiā digōnis. Et modus ei⁹ eſt: vt ī ꝯfectiōe de aromatib⁹ adiūgat̃ granoꝝ mirti tritorū ſic̃ alcohol. ʒ. centū: mirobalanoꝝ nigroꝝ: bellericoꝝ: ⁊ emblicorū: ſuper quos iā ꝑterijt ebulitio vna in aq̄ citonioꝝ ⁊ vio odorifero aā. ʒ.vij. carui. aniſi: cimini ſemis apij īfuſoꝝ ī

acetovini die ac nocte: ⁊ exiccatoꝝ: an̄. ʒ. v. Cōfice cū mīa arōatizata: ⁊ da cū ſirupo d̄coctiōis de citōijs.
¶ Iſtud electuariū nō eſt in vſu nec ꝑparatū reperitur.

d Jacalamētū deſcriptōe Gal. ꝯferēs ad egritudines frigidas mēbroꝝ nutritōis ⁊ ad malitiā digōnis: ⁊ fac̄ penetrare cibū: q nō pōt penētrare ad epar: ⁊ ad corp⁹ reliquū. ⁊ h̄ ē ei⁹ ꝓpetas. ⁊ ꝯfert rigori febriū: ⁊ ēplatū: ⁊ iunctū i ſpina. Et ē ex̄ marie ſbtiliātib⁹ hūiditates groſſas ⁊ viſcoſas: ⁊ ex reſoluētib⁹ vētoſitates. Et ꝯfert ſinglٰtui vehemēti frido ⁊ vētoſo. cuius difficil' eſt reſolō. Et ꝓuocat vrinaʒ et mēſtrua. ℞. calamenti fluuial' ⁊ mōtani. ſiſeleos: ⁊ petroſilini. an̄. ʒ. vi. zinziberis. ʒ. iij. ſemis apij: extrēitatū albaſce: ana. ʒ. ij. cheiſin. ʒ. vi. pipis. ʒ. xij. mell' diſpumati q̄ꝫtuʒ ſuffic̄. Potio ei⁹ eſt. ʒ. i.
¶ Iſtud electuarium deſcriptione Galleni non ponitur ſicut Gallenus ipſum deſcribebat. nec eſt in vſu neque preparatum reperitur: ſed ſecundum deſcriptionem nicolai preparatum multum habemus in vſu.

d Jatrion pipeon deſcriptione cōi: qḋ calefac̄ ſtōachū ⁊ vētreʒ: ⁊ remouet dolorē ei⁹ ex hūiditate flegmatica mlٰta ⁊ cruda: ⁊ mundificat euʒ ab ipſis: ⁊ valet ꝯ̄ acidos ruct⁹: ⁊ digōneʒ ꝓcurat. ℞. triū pipeꝝ: ana. aur. v. zinziberis: haſce: aniſi: ana aur. ij. ſpice: amomi: an̄ aur. i. caſſie: ſemis apij: ſiſeleos aſſari: enule ſicce: an̄. aur. 5. Cōfice cū melle diſpumato. Doſis ei⁹ eſt a. ʒ. i. vſqꝫ ad. ij.
¶ Iſtud electuariū ſ̄ʒ deſcriptionē p̄n̄teʒ cōiter ē in vſu: ⁊ vbiqꝫ ꝑparatū reperit̄. ē. n. magne efficacie in calefaciēdo ſtomachū: ⁊ oīa nutritiua. ab eis malaʒ ꝯplōneʒ frigidā q̄ꝫtuncūqꝫ ſuperfluentē d̄ſiccat: ⁊ maxime humiditates putridas i ſtōacho digōneʒ vigorat: ⁊ ꝓhibet gn̄atōeʒ flegmatis crudi: ⁊ ꝯfert in mūdificādo ventrē: ⁊ vētoſitates diſſoluit groſſas: ⁊ ipas phibet gn̄ari. Jmmo dolorē in ſtōacho a flegmate vel groſſa vētoſitate ſubito reſoluit. ¶ Premiſſa tn̄ vſi eq̄atione: vt in egritudinib⁹ materialibus eſt ꝯueniēs: ⁊ obſeruata regula de mō hora ⁊ tpe aſſumptionis ipſi⁹: vt alioꝝ electuarioꝝ nō ſoluentiū poſita ſupius i vno notabili i electuario de aromatib⁹ ſ̄m deſcriptōeʒ galleni. ⁊ doſis ei⁹ eſt vſqꝫ ad. ʒ. ij. Eius aūt ꝯplō q̄ reſultat ex ꝯponentibus ipm ē calida ⁊ ſicca i tertio gradu. deſcriptio aūt hui⁹ eſt. ℞. triū pipeꝝ. ſ. albi nigri ⁊ lōgi. ⁊ de eis dcm̄ eſt in diam⁹. zinzi. dcm̄ eſt i diam⁹. Haſce. i. thimi herba ē nota. ca. ⁊ ſicce ꝯpleriōis i tertio gradu. Amomi eſt ſemē valde minutū aromaticū. cal'e ⁊ ſicce cōpleriōis i tertio gradu. ⁊ portat̄ de partib⁹ indie. Caſſie. ſ. lignee ipa eſt radix cuiuſdā plāte odorifere cal'e ⁊ ſicce ꝯpleriōis i ſcḋo gradu. ¶ Et hic notanduʒ ꝙ qn̄ in libris auctoꝝ caſſia reperit̄ abſolute ꝓlata dʒ tunc talis deſcriptio medicie in q̄ ipſa īgredit̄ ꝯſiderari: ⁊ ſi ſit medicīa ſolutiua ſiue lenitiua. tūc d̄bem⁹ itelligē de caſſia fiſtula q̄ lenitiua eſt: ⁊ ipam cum diligētia ſuo loco d̄clarabo. Si aūt nō eſt medicina ſolutiua ſeu lenitiua. tūc debemus itelligere de caſſia lignea de qua dcm̄ eſt ad p̄n̄s: ⁊ eſt medicīa mlٰtuʒ ꝓuocatiua vrine: ⁊ mēſtruoꝝ: ⁊ oīum oppilōnuʒ aperitiua: ⁊ maxime epatis. Seminis apij dcm̄ eſt in diagalāga. Siſeleos. i. ſiler montan̄. ⁊ accipit̄ ſemē ei⁹: herba ꝓducēs ꝑʒ eſt valde nota ⁊ eſt ca. ⁊ ſic. ꝯplerionis in ſcḋo gradu. Jſta herba ſ̄ʒ cōem modū adminiſtratōis eius: ⁊ ipſius vſuʒ mlٰtū iuuat ad ipregnandum. ſuffumigiū aūt factū ex illa herba vel ex ſemine ponitur ꝯferre ad matricē deſiccādo hūiditates ꝯcurrētes in ea: oppilōnes aperiēdo remouēdo: ⁊ ipaʒ calefaciēdo ꝑ experientiā pluries viſuʒ eſt ꝙ facit ipregnari: ſi poſtea rōnalis coit⁹ ſubſequat̄. ⁊ hic nota vt recitat Aui. ca. de ſiſeleos. ⁊ ſerapio i ſuo de ſimplicibus eodem caplō d̄ ſiſeleos. ꝙ boues ⁊ alia aīalia querētia ipregnari hāc herbā ꝑquirūt. ⁊ ipam comedūt: ⁊ poſt ei⁹ cōmeſtionē poſt vſuʒ aīalis ſibi cōformis in coitu ſubito ipregnātur. Aſari. i. baccari dcm̄ in diarodon. Enule ſicce dictuʒ eſt in ꝯfectione d̄ cinamomo. ⁊ dicit̄ ſicce. q: eſt maioris d̄ſiccationis q̄ꝫ qn̄ eſt recēs. imo in recēti enula aliqua eſt humiditas tenax ⁊ viſcoſa. cōfice cū melle d̄ſpumato. ⁊ d̄ ipo dictuʒ eſt in diamuſco. ⁊ ſic nō niſi ad formam electuarij reducitur talis ꝯpoſitio.

d Jaciminū valēs ad dolorē ſtōachi: ⁊ vētris: ſcꝫ a friditate: aut a groſſa vētoſitate: aut ex flegmate groſſo coadunato: ⁊ ad dolorē colice: ⁊ ſingultū ꝓuocatiuū a repletōe factū: aut a ventoſitate groſſa: eructuatōeʒ acetoſā. Vētoſitates q̄ꝫ diſpergit: oppilōnes apit: ⁊ mēbra nutritōis calefac̄. Accipe cimini carmēi ꝑdic i aceto iſuſi ⁊ exiccati. ʒ. xx. ziziberis: albaſce ana. ʒ. iij. pipis: cinamōi: ana. ʒ. ij. ameos. ʒ. i. ⁊. 5. folioꝝ rute ſiccoꝝ: baurac rubei ana. ʒ. iiij. Cōfice cū melle diſpumato.
¶ Diaciminū. i. diacinamomū. deſcriptio h⁹ electuarij hic poſiti nō eſt in vſu nec ſ̄m eā preparatū reperit̄. ſed d̄ſcriptio que eſt in vſu eſt illa que ponit̄ a Nicolao i ſuo antidotario quā ibi ad plenuʒ d̄clarabimus vt in alia d̄ſcriptiōe alterius diacinamomi ſuperius poſita dictū eſt.

c Onfectio de ſeminib⁹ ſedās dolores viſceꝝ a vētoſitate factos. Oppilōnes apit. Lubricitatē a malitia digōnis curat. Cui⁹ ꝑmixtio h̄ eſt. ℞. cimi: ſemis: feniculi: charui: aniſi: dauci: ameos: ſemis apii: amōi: iſuſoꝝ die ac nocte i aceto: ⁊ exiccatoꝝ. an̄. ʒ. vi. cinamomi. ʒ. v. cheiſin. ʒ. iij. cardamomi: ſpice: gariofili: an̄. ʒ. iiij. ziziberis: macro pipis: ſyſeleos: galāge an̄. ʒ. v. mellis diſpumati q̄ꝫtuʒ ſuffic̄. Et qn̄qꝫ ponit̄ in eo zuccari duplū pōderis oīuʒ. ⁊ fit ſic̄ ſuffuſ. ⁊ eſt ſanū ⁊ expertum.
¶ Iſta ꝯfectio que ad formā electuarij reducit̄ voc̄at̄ d̄ ſeminibus ꝓpter diuerſas ſpēs ſeminū que īgrediūtur ꝯpoſitionē illi⁹ ⁊ ꝯfert paſſionib⁹ qbus cōfert diaci. iam dictū: ſed eſt magis calefaciēs. ⁊ opilationū aperitiuū q̄ꝫ diaci. ⁊ q: nō eſt in vſu. iſtud electuariū nec ꝑparatuʒ reperit̄: iō ad ipm predeclarādum nō ꝓſequor. Cōpoſitio tn̄ eius eſt valde vtilis ⁊ bona. ita ꝙ ſi qs vellet magiſtralr̄ ipo vti. ⁊ ei⁹ vtilitatis iuuamēta ꝑcipiat ⁊ apparēt in littera. ⁊ ei⁹ d̄ſcriptio per ſeipam eſt nota. nam oīa eius ſimplicia ſuperius ſunt d̄clarata.

c Onfectio d̄ citōiis bona ꝯfortans ſtōachū: ⁊ faciēs digōnē: ⁊ retinens fluxū ventris: ⁊ vomitū colicū: ⁊ ſlaticū: ⁊ fac̄ coloreʒ vtentis eē bonū. Accipe carniū citonioꝝ coctoꝝ in vino lib. iii. mellis boni diſpumati tātundem Decoq̄ cū facilitate ⁊ poſt q̄ꝫ coctū fuerit ꝓiice ſuꝑ ipm cinamomi: gariofiloꝝ: cardamōi: galāge an̄. ʒ. i. darſeni. ʒ. iii. ziziberis: pipis longi: macis: an̄. ʒ. iiii. Et qn̄qꝫ iuitat nec̄itas ⁊ coquunt̄ citōia i aceto ad cās calidas. Et qn̄qꝫ ꝑmiſceat̄ eis aceti t̄tia pars eoꝝ aut media. Et qn̄qꝫ ꝑmiſceat̄ eis ſucc⁹ granatoꝝ acetoſoꝝ i medio pōderis eoꝝ Et qn̄qꝫ ſucc⁹ citri. in q̄rta ꝑte pōderis eoꝝ. Et qn̄qꝫ fit ſine ſpēbus. Et qn̄qꝫ cū ſpēbus p̄dcis. Et qn̄qꝫ cū pluere iſto. accipe ſpodii. berberis. ſemis acetoſe. triū ſandaloꝝ: roſaꝝ rubeaꝝ ꝑtes eq̄les. Et qn̄qꝫ ponuntur alia ſcḋm itentōes phiſicoꝝ. Et qn̄qꝫ aromatizāt̄ cū muſco: aut cāphora: aut vtroqꝫ. Et qn̄qꝫ fit cū zuccaro: ⁊ qn̄qꝫ cum melle.
¶ Iſtud electuariū nō eſt in vſu nec ꝑparatū reperit̄ ſ̄m preſentem d̄ſcriptionē. lʒ ꝑparetur: ⁊ fiat ꝯpoſitio ſolida ſicut aromatarij faciūt: ⁊ vocat̄ iſta diacitonitē cū aromatib⁹. ⁊ tūc fit i forma ſolida ꝓpter mltā d̄coctionē ad ignē. ⁊ vſus ipius eſt cōiter circa feſtū oīum ſanctoꝝ ⁊ maxime a corporib⁹ ſanis. ⁊ vt ſic non debʒ preparari cū additiōibus que fiunt in ꝓceſſu caplī: ſed cuʒ illis aromatib⁹ que ponūtur in ꝑncipio d̄ſcriptionis. ⁊ ſic hʒ ſtomacū maxime ꝯfortare in oībus virtutib⁹ eius. colorē corporis bonū efficit. Et iſta talis ꝯpoſitio fit cū melle. Fit ēt diacitoniteʒ ſine aromatib⁹ cū ſolo zucaro ⁊ pulpa citonioꝝ in forma ſolide cōfectionis. vt in ſequēti d̄ſcriptione notat̄. ⁊ tale maxime eſt cōueniēs cuilibet fluxui vētriſ. vt diſſinterie diarie ſupflue ⁊ liente

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0097-3

rie.ſi ante cibuꝫ aſſumatur vſqꝫ ad q̄ntitatem.ʒ.iii.⁊ q̄nto plus antiquaꝛ:tāto plus ɔfert. ⁊ ſi a pueris vel alijs ꝓpter eius duriciē ⁊ ſoliditatē maſticari non poſſet ɔueniēter poſſet mollificari ſiue in mortario cōteri cū vino ſimplici vel cū iuleb roſato vt in forma electuarij reducaꝛ.⁊ fortiꝰ opereꝛ:et huius ɔpoſitio eſt. Recipe carniū.i.pulpaꝝ citonioꝝ.q̄ medularū itrinſecarū ſine cortice ⁊ ſine granis.citonia poma ſic ſunt vocata frigide ɔplexionis ⁊ ſicce in p̄mo gradu cuꝫ virtute ſtiptica ⁊ odore aromatico vn̄ aliqualis caliditas viget i eis maxime cū ſunt perfecte matura. Coctoꝝ in vino.q̄ plus hn̄t ſtomacū ɔfortare.lꝫ cōiter decoquūtur in aqua. ⁊ d̄ vino dictū eſt in diamuſco. Aqua aūt eſt elemētū ſimplex frigide ɔplexionis ⁊ humide.in qua frigiditas ſuperat humiditatē.mellis boni d̄ſpumati. dictū eſt i diamuſco Cinamomi dictū eſt in diamuſco. Cordumeni dictū eſt in diarodon.garioſiloꝝ i diamuſco. Darſeni.i.cinamomi groſſi dictū eſt in diamuſco.zinzibe.in diamuſco. In hac d̄ſcriptiōe nō eſt vlteriꝰ ꝓcedēdū in additōibꝰ eiꝰ.⁊ q̄n̄qꝫ iuitat neceſſitas.

Onfectio de citonijs fcā cū ſucco citonioꝝ:
c excitās appetitū mortuū.⁊ ɔfortat ſtōachū ⁊ epar ⁊ digōnē:⁊ facꝛ ad retētōeꝫ ⁊ ſtrigit nāꝫ Cuiꝰ ꝑmixtio h̄ eſt. ℞.ſucci citōioꝝ:⁊ mell' an̄ lib.ij. ita q̄ ſit mel diſpumatū: aceti boni puri lib.ij. Decoquanꝛ cū facilitate:⁊ ɔtinue auferaꝛ ſpuma eiꝰ ⁊ ſepe: ⁊ cū mell' ſpiſſitudinē habuerit pulueriʒeꝛ ſuꝑ ipaꝫ piꝑis lōgi:zinziberis:cinamomi:an̄.℥.i.garioſiloꝝ:ligni aloes an̄.℥.ſ.muſci.ʒ.vniꝰ t'tiā. Et q̄n̄qꝫ fit ſine ſpēbꝰ: ⁊ q̄n̄qꝫ cū ſpēbus alijs ſiē neceſſitas ɔducit:⁊ q̄n̄qꝫ fit cū zuccaro. Et q̄n̄qꝫ variaꝛ alijs modis.

Cōfectio d̄ citonijs.i.ɔpoſitio facta cū ſucco citoniorum nō eſt in vſu.nec ꝑparata reperiꝛ ſm modū quē hic d̄ſcribit.

Lectuariū de pomis bonū ad debilitatē cor
c dis ⁊ ſtōachi ⁊ ɔfortat digōnē. ℞.carniū pomoꝝ dulciū ⁊ redolentiū mūdatoꝝ ⁊ iciſoꝝ ꝑ fruſta.lib.vi. zuccari albi boni lib.v. aq̄ roſate lib.ij. ligni aloes.ʒ.v.ſandali citrini ʒ.iij.garioſiloꝝ.ʒ.iiij.cinamomi electi.ʒ.iiij.⁊.ſ.ambre ʒ.ij.muſci.ʒ.i.tertiam. Hoc etiā mō fit electuariū de pōis acetoſis:⁊ electuariū de pomis paruis ⁊ aromaticis ⁊ dulcibus.

Iſtud electuariū non eſt in vſu. nec reperiꝛ preparatum:ſed magiſtraliꝛ vtēdo ɔfert d̄bilitati cordis ⁊ melācolicis.⁊ his q̄ triſtātur ſine cā manifeſta:ſed poſſet magiſtraliꝛ ꝑparari.

Lectuariū de ꝑſicis ɔfortans ſtōachū:ſiti ex
c tinguēs.⁊ ardorē ſtōachi mitigās ⁊ oris fetorē amputās.accipe carniū ꝑſicoꝝ mediocriū īter maturitatē: ⁊ acerbitatē ⁊ mūdatoꝝ a corticibus ſuis.⁊ ſucci eoꝝ an̄ lib.iij.zuccari tabarzet lib.ij. Teranꝛ ꝑſica vt ſint ſiē medulla:⁊ exerceas i eis d̄coctōꝫ cū ſirupo ſiē diximꝰ in ɔfectōe de citōijs. Et cū coctū fuerit:pulueriʒeꝛ ſuꝑ ipꝫ ligni aloes.ʒ.ij.cinamōi:cucebe:macis an̄.ʒ.iiij.ſandali citrini.ʒ.ij.muſci.ʒ.i. ſextā. Et q̄n̄qꝫ fit ſine ſpēbꝰ:et eſt ſanū et expertū.

Nō eſt in vſu.nec ꝑparatum reperitur.

Lectuariū quo vtunꝛ reges ⁊ p̄lati. ℞.pinea
c rū mūdataꝝ ℥.viii.amigdalaꝝ mūdataꝝ ℥.vi zuccari albi lib.iiii.aq̄ roſate li.i.⁊.ſ. olei roſati:amigdale recētis ⁊ dulcis.℥.iii. cinamomi electiſſi ʒ.viii.⁊.ſ.garioſiloꝝ.ʒ.iii.ligni aloes.ʒ. iiii.ſādaloꝝ citrinoꝝ.ʒ.iii.ābre bone.ʒ.i.muſci.ʒ.vniꝰ ſextā. Et ē bonū ⁊ exꝑtū. Et ɔfortat ſtōachū:cor pectꝰ ⁊ cerebꝝ.

Non eſt in vſu:nec preparatū reperitur.

Lectuariū ſcd̄ꝫ quo vtunꝛ reges valēs ſum
c p̄mū. ℞.pineaꝝ mundataꝝ.℥.vi.amigdalaꝝ mūdataꝝ dulciū.℥.iiii.zuccari albi lib.iiii. aq̄ roſate lib.i.⁊.ſ.folioꝝ roſaꝝ rubeaꝝ.℥.i.⁊.ſ.ſādaloꝝ citrinoꝝ.ʒ.iii.⁊.ſ.ābre.ʒ.i.muſci.ʒ.vniꝰ ſextam.

Non eſt in vſu:nec preparatum reperitur.

Lectuariū d̄ fructibꝰ magni iuuam̄ti ad ſolu
c tionē ventris cū ſignificatōibꝰ calitatis ⁊ abūdātie cole:Et ē medicina magna ad appetitū ɔfortāduꝫ q̄ ꝓſtratꝰ eſt.cuiꝰ ꝑmixtio h̄ eſt. Accipe carniū citonioꝝ:⁊ piroꝝ pōticoꝝ:⁊ maloꝝ accidoꝝ: q̄ꝝ ſingulū elixatū fuerit i aceto vini fortis in quo iſuſum fuerit ſumac die ac nocte:⁊ ſucci agreſte ſuꝑ cuiꝰ trituratiōe elaborādū eſt vſqꝫ ad ɔſumptiōeꝫ vltimā.granoꝝ an̄ lib.i.carniū ſorbaꝝ imaturaꝝ.℥.v. zuccari li.iiii. Coq̄ ad ſpiſſitudinē mell'. Deide pone ſuꝑ ipꝫ ſucci berberis.ʒ.ii.ſpodii: ſemis acetoſe an̄.℥.i. Repone poſtq̄ꝫ ɔfectū ē in vaſe vitreo: ⁊ da a.ʒ.ii. vſqꝫ.ʒ. iii. cū aqua frigida:⁊ rob citri aut ribes aut aliquo taliū.

In vſu nō habetur.nec preparatū reperitur.

Onfectio alia Hali.⁊ eſt ɔfectio de acetoſis
c faciēs ad tremorē cordis ⁊ ſtōachi calitatē ⁊ eſtuatōeꝫ:⁊ ad feruorē ſtōachi: ⁊ ſiti et fumoſaꝫ eructuatōeꝫ:et oris ardorē:⁊ ad epar iſlāmatū: et febrē.⁊ ſincopi:⁊ ebrietatē. Cuiꝰ ꝑmixtio h̄ eſt. ℞. xiloaloes:cubebe:ana ʒ.iiii.roſe:coralli rubei: margaritaꝝ albaꝝ:ſandali citrini:fauſel:ana.ʒ. ii.berberis: ſemis cucūeris:cucurbite:citrulli:an̄.ʒ. iiii.ſpodii:carabe:gūmi:dragagāti:an̄.ʒ.iii.boli armēi.ʒ.ii. ⁊.ſ.ſemis acetoſe ʒ.iiii.ſemis portulace:bugloſſe: an̄.ʒ. iii.et. ſ. cāphore ʒ.i. Cōfice cū rob citri :aut rob agreſte. Doſis eiꝰ ē a.ʒ.ii.vſqꝫ ad iiii.cū aqua frigida.

Cōfectio.i.cōpoſitio alia galieni non reperiꝛ: vbi ponatur a galieno:nō eſt in vſu nec preparata reperitur.

Onfectio d̄ prunis ɔferēs ad ardorē ſtōachi
c ⁊ ſiti:et ſoluit naturā:⁊ daꝛ in febribus: et ſedat eas.accipe carniū prunoꝝ:nigroꝝ:oblōgoꝝ ⁊ muzoꝝ:accedētiū ad d̄lcedinē:et elixatoꝝ i aq̄ in q̄ portulaca elixata fuerit lib.ii.zuccari albi lib.i.aq̄ violaꝝ lib.ii. Decoq̄ cū facilitate vſqꝫ ad ſpiſſitudinē Recōde i vaſe vitri:et da aur.iiii.vel.vi.

Nō reperiꝛ ſm hanc d̄ſcriptionē:nec habeꝛ in vſu:licet magiſtraliꝛ.poſſit ēt vſus eius ꝑparari.⁊ eēt idē electuarium valde d̄lectabile:ideo nota ipm ſm q̄ deſcribiꝛ in littera.

Lectuariū d̄ ſorbis ɔfortās ſtōachū ⁊ ſedās
c ſolutionē fortē. Accipe carneꝫ ſorbaꝝ imaturaꝝ:⁊ vicinaꝝ maturitati:⁊ elixaꝝ in aq̄ in q̄ roſe ꝑus decocte fuerit:⁊ corticū granatoꝝ:li.iiii.mellis:aut zuccari lib.ii.⁊.ſ. Coquaꝛ vſqꝫ ad ſpiſſitudinē: et recōde ipm in vaſe. Et da.℥.i.

Iſta eſt vltima cōfectio ſeu ɔpoſitio:ſeu electuariū que ē ponitur in hac p̄ma ſūma d̄ ɔfectōibꝰ d̄lectabilibꝰ ad guſtū: ⁊ lꝫ non ſit i vſu nec ꝑparata reperiaꝛ.poſſet tn̄ magiſtraliꝛ vti ⁊ ꝑparari. Et id̄ ſepiꝰ ⁊ ſepius vtebaꝛ eo thomas d̄ garbo in fluxibꝰ ventris ſuꝑfluis.an̄ cibū aſſumpto eo in q̄ntitate caſtanee groſſe ꝑ ꝑparaꝛ tn̄ cū zucaro.⁊ nō cū melle in forma electuarij loco diacitonitē ſine aromatibꝰ ⁊ efficaciꝰ operabiꝛ q̄ꝫ ipm. Sorbe auteꝫ ſunt frigide cōplonis: ⁊ ſicce in p̄mo gradu q̄n̄ nō ſunt mature. Et ſic eſt finis p̄me ſūme de electuarijs d̄lectabilibus.

## Incipit ſecunda pars prime diſtinctionis de Antidotis amaris magnis.

Thyriaca diateſſaron iuuamēta cuiꝰ magna ſunt ad egritudines cerebri frigidas ſicut eſt epilepſia:tortura:et paraliſis: et ſtomachi:

ſic ē dolor ⁊ iſlatio: ⁊ malitia digōnis. Et epatꝭ: ſic eſt cacheꝛia: hydropiſis: ⁊ oppilo. Et ꝯfert morſui ſcorpionis: ⁊ potui venēi. Cui⁹ hec eſt ꝑmixtio. ℞. gētiane: baccarum lauri: myrre: ariſtologie rotunde añ. Confice cum melle diſpumato. Doſis eius eſt ab aur. ß. vſꝙ ad aur. i.

